

frigesceus sanguis, & subaresceus vulnus
 patientiam vicerunt, exclamavit: Omnes
 me filium Iouis dicunt, sed dolor hic ho-
 minem me esse testatur. Conscientiam
 propriam excutere, & illi potius quàm
 blandientium sermunculis fidem dare, ac
 stultitiam dediscere, vel serò, proximus
 ad sapientiam gradus est.

CYRVS PERSARVM REX.

NEc extorquebit aut breuitatis stu-
 dium, aut vulgatæ rei vitandum re-
 petitione fastidium, vt sermonem Cyri
 maioris, morientis à Tullio ex Xenophō-
 te translatum prætermittā, Sic enim Fi-
 lios alloquitur: Nolite arbitrari ò mi fi-
 lij charissimi, me cum à vobis discessero,
 nusquam aut nullum fore: Neque enim
 dum eram vobiscum animum meum vi-
 debatis, sed eum esse in hoc corpore, ex
 his rebus quas gerebam, intelligebatis.
 Eundem igitur esse creditote, & si nul-
 lum videbitis: nec verò clarorum viro-
 rum post mortem honores permanerēt:
 Si nihil eorum ipsorum animi efficerent,
 quò diutius memoriam sui teneremus
 mihi quidem nunquam persuaderi po-
 tuit, animos dum in mortalibus essent
 corporibus viuere, cum existant ex his
 emo-